









39.  
40

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
DE EO QVOD JVSTVM EST CIRCA  
**LITERAS RESIGNATAS**

Oder  
**Vom Recht aussgebrochener Brieße**

Quam

DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DN. GVILIELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIE, JVLIACI, CLIVIAE, AC MONTIVM, AN-  
GARIAE, WESTPHALIAEQUE, ET RELIQUA

IN ALMA SALANA

EX DECRETO ILLVSTRIS ORDINIS JVRIDICI  
PRÆSIDE

**JOANNE BERNHARDO Friesen,**  
HÆREDITARIO in Pösen / J. C. SERENISS. DVC. SAX.  
ISENAC. CONSILIARIO AVLICO ET CONSIST. ANTECES-  
SORE, FACULTATIS JVRIDICÆ ET SCABINATVS,  
NEC NON CVRIA PROVINCIALIS  
ASSESSORE

*Patrono omni honoris cultu prosequendo*

**PRO LICENTIA**

SVMMOS IN VTROQUE JVRE CAPESSENDI HONORES  
ATQVE PRIVILEGIÆ

publico auditorum examini submitit

*Die April. 1721.*

**MELCHIOR CHRISTIAN OTHO,**

QVEDLINBURGENSIS SAXO.

---

JENE, LITTERIS MULLERIANIS.

VIRIS  
ILLVSTRBVS ATQVE EXCELLENTISSIMIS  
**DOMINO**  
**JOHANN. CHRISTOPH.**  
**AVERBACH**

JCto consumatissimo, Reverend. ac Serenissimæ Principi  
Schlesvicensi Holsaticæ & Abbatissæ Quedlinburgensi a  
Consiliis Aulicis atque Consistorii Præsidi  
gravissimo

nec non

**DOMINO**  
**CHRISTIAN. FRIDERIC.**  
**SCHARSCHMIDT**

JCto egregio, serenissimi atque potentissimi Regis  
Borussiæ Consiliario splendidissimo

*Dominis & Mæcenatibus suis gratioſis  
atque faventibus*

Dissertationem hanc inauguralem in tesseram pietatis  
una cum voto perpetuæ felicitatis

*offert dicat*

*dedicatque*

*devota mente.*

Q. D. B. V.

## PROOEMIVM.

**V**aria literarum apud justitiae Sacerdotes deprehendi genera, nemini, qui a limine Themidos salutavit sacra, non est in confesso: Nam habemus *literas commendatitias*, de quibus *Abasv. Fritsch. & Andr. Homburgi*, sicut *de commendatione speciali Nicol. Christoph. L. B. de Lyncker*, prostant disputationes *compulsoriales*, quas *Guido Papa Tr. Tr. III. prosecutus*; *Natalitias Gebuhrits Brieffe vid. Henric. Linkii disp. Reversales*, quæ tractatae sunt ab *Abasv. Fritsch. Informatorias*, quæ ad Subditorum quærelas prius a Domino territoriali sunt exigendæ, ne alias processus, mandata, & decreta laborent nullitate, *R. I. 1654. §. 105. Capit Leopold art. 3. in fin. peculiari disputatione a Job. Frid. Rhetio expositas*; *Cambiales ad quas Henr. Zipfel largiter commentatus, Moratorias Anstandß Brieffe/ a Guilielm. Anton. de Freudenberg editas, Gratia & ag gratiandi de illis Ludov. Gomez de his v. Daniel Classen, & Otto Phil. Zepperus con-*

sulendi, *Citatorias* v. *Lanfrancus de Oriano*  
*Thom. Mezger & Gratianus libertus. Amatorias*  
*Liebes Briefe/* quarum effectus *Petr. Muller*  
 sticit; *Fiduciarias* seu *Credentialles*, quas *An-*  
*dreas Jonas Gothus libro de inscriptionibus salu-*  
*tationibus Credentialibus pertractavit.* *Deten-*  
*torias* sive *Arestatorias* *Steckbriefe* vid. *Henr.*  
*Sam.* *Eckbold* disput. inaugural. de *literis incar-*  
*cerationis patentibus : Dimissorias*, quas voca-  
 mus *Apostolos*, de quibus *Burchardus Henr. Ti-*  
*leman. & Hulderici Eybenii* disputationes agunt,  
 aliasque plures, quas facile persequeremur fusi-  
 us, si temporis & instituti nostri hoc permitteret  
 ratio. In præsenti de eo, quod circaliteras re-  
 signatas justum est, tractaturi, totamque dis-  
 sertationem tribus absoluturi capitibus, quorum  
 Primum generalia, Secundum literas licite resi-  
 gnatas & Tertium literas illicite resignatas, po-  
 steriora vero & effectus & similia continebunt.  
 Tu vero Summum Numen, Spiritus Tui auxi-  
 lio coepitis assiste, tuo sustine favore laborem,  
 viresque Corporis, pariter animi largire, ut dicta  
 omnia atque Scripta in Tui gloriam, publicam-  
 que vergant salutem; a Te autem L.B. judicium  
 moderatum atque benignum decenter exopto.

CAP. I.

§ (5) §

## CAP. I.

### *Rubri generalia sistens.*

§. I.

**J**ustum grammaticae a Jure, logice a Justitia dictum  
*Weisenb. n. 3. de J. & I. multifarie accipi, Theologos pa-*  
riter ac Juris Naturæ & civilis Confutatos non later,  
nam idem notat (1) quod solenne, eo sensu, quo iustum  
Testamentum, Codicillis, iusta nuptia servili opponuntur  
contubernio, quemadmodum iustum vocatur bellum,  
non quod iustitia præcise nititur, sed quod solennibus ab  
illis geritur ritibus, qui jure Majestatis gaudent, *Grot. de*  
*J. B. & P. L. 1. c. 3. §. 4. & L. 3. c. 3. §. 1.* Deinde quod so-  
cietas humana est conveniens, de quo *Huber. digress. P. t.*  
*L. 1. c. 5. §. 1. seqq.* cui ferme respondeat, quando porro idem  
quod permisum sive licitum *Nov. 117. v. 15. pr. Osiander ad*  
*Grot. L. 1. c. 1. §. 3. ad thes. 3. obs. 1.* Denique quod bonum  
& æquum i. e. Juris Naturalis & Civilis legibus conveniens,  
de quo *Hugo de Roy de eo quod iustum est L. 1. lit. i. n. 2.*  
videri potest. Omnes hic prolatæ acceptiones nostro im-  
servire instituto eventu docebimus.

§. II.

Ordine nunc ad resignare vocem ducimur, quæ  
ex in separabili præpositione RE & verbo SIGNO coa-  
luit. Præpositio ista in compositione diversos sortitur si-  
gnificatus; etenim dum (1) per Apocopen a retro factam  
autumant, hujus significationem in plurimis retinere  
compositis, verba revoco i.e. retro voco, revertor i.e. retro  
verto, fidem faciunt, notatque actus resolutionem, *arg. L. 1.*  
*§. 33. depositi*, quo sensu revendendi i.e. retro vendendi (quod  
transcribendi a *Proculo L. 12. de P. V. vocatur Ulpianus L. 37. de*  
*bon. Lib. usus vero, quod eleganter Cels. L. 21. de leg. 2. & L. 94. de*  
*V. S. confirmat, dum reddendi verbum retrodandi significa-*  
tionem habere scribit, (2) idem notat ac rursus, quemadmo-

dum hoc e vocibus revestire i. e. possessionem rursus concedere conf. EYBEN *Elec. Feud. c. 5. §. 3* re convenire, re baptizare, satis patescit, aliquando, (3) contrarietatem, verbo, quo cum componitur conciliare tralatitium: ita retegere est rem tectam denudare, recludere, clausum patefacere, plura desiderantem *Calepinum*, aliasque Lexicographos adire oportet.

## §. III.

Ipsum resignandi vocabulum ab æquivatione liberare, nunc ducimus necessarium. Idem vero antiquitus ac rescribere notasse, *Calepinus* voce resigno advertit. (2) primitivi significatum retinet; notum quippe est, verba composita simplicium non amittere, sed omittere dum taxat significationem, vel certe eam augere aut non nihil saltim immutare, nequaquam vero prorsus deponere. Itaque non minus composita simplicium quam simplicia compositorum vice fungi queunt. *L. 100. de Legat. 3. Gadd.* ad *L. 94. de V. S.* & quemadmodum reddendi verbum, quamquam retrodandi significatum habet, per se tamen & dandi recipit significationem, differente Celsi c. l. & *L. 21. de Legat. 2.* Ita resignandi vocem signandi terminum referre *Columella*, Hortulanis monitu non contemendum in susurrans testis est, *libr. 3. de re rustica* scribens: prius quam arbustulos transferas, rubrica resignato, ut iisdem, quibus antea steterunt, constitutas eas, fere cum hoc (3) coincidit, quando idem notat ac claudere, canente *Virgilio L. 4. Aeneid.* & lumina morte resignat: Apud JCTos: (3) frequenter pro reddere sive restituere sicut Jur. Can. resignatio præbendæ & resignatio subtractorum *Cap. 22. X. de re script.* & apud Saxones resignatio, die Ausflaßung der Lehni occurrit, & (4) pro aperire sive signatum referare, usurpatur, qua postrema significatio hujus loci est & pariter occurrit *L. 23. qui testam. L. 2. ff. ad L. Cornel. de fals. conf. Gonzal. ad c. 22. cit. n. 7.* & haec erant de verbo resignare, pro redimur nunc ad vocem litera.

## §. IV.

## §§ (7) §§

## §. IV.

Utrum Cadmus ex Phoenicia in Græciam literas transportaverit, sedecim, unde hodie literæ vocentur Cadmi filii, quibus Trojani belli tempore Palamedes addiderit quatuor, totidemque denique Simonides, suis relinquimus auctoribus, *Plinio, Josepho, Pomponio Mela & Lucano*, Originationem potius Grammaticam consideraturi: Literam quasi lituram dictam deprehendimus, eo quod scripta deleri queant, in ceratis enim codicillis quondam scribere solitum, quo facilius deleri possent; vel secundum alios a supino litum verbi lino, quod in scribendo atramentum illinitur, h. e. leviter chartæ inducitur: alii originem a verbo lego dicunt, ut literæ quasi legiteræ, seu legendō iterandæ, vel quod legenti præbeant iter, seu quod legendō iterentur auctore *Servio* dicantur, aliis veram literæ appellationem ex figura enatam arbitrantibus, cum eam ex lineis constare certum sit, ut quæ primum lineaturæ dicerentur, postea literæ sint appellatae: Ast sterili Ethymologia relicta, convertitur ad Homonymiam.

## §. V.

Literas (1) pro primis et quibus voces conflantur, elementis, notisque ac signis, græcis σημειᾳ dictis, contradistinctas quibus olim acta conscribebantur publica L. 33. §. 1. ff. ex quibus causis majores: L. 40. pr. de milti, test. L. 15. C. eodem L. 6. §. f. de bon. poss. ibique Gorbofr. lit. R. de quo Pretinnus de notis & signis antiquorum nec non Sertorius Ursinus Patavin. de notis Romanorum confundendi, & in congerie vel materialiter pro figuris literarum, vel formaliter pro significatione, quæ illis ex hominum contigit impositione, accipi *Ictus Paulus* L. 38. ff. de O. & A. luculentum præbet testimonium, ajens: non figura literarum sed oratione, quam exprimunt literæ, obligamus: quatenus placuit non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significatur(2) literarum studia illis innui, literatosque inde nuncupari, in vulgus notum, quam

quam

quam & hic popularis quandoque usus ferat, ut (3) literæ pro legendi & scribendi peritia capiantur, ut J. Cts non infrequens: quod non modo decantatum Neronis: Quam vellem nefcire literas, sed & §. 8. J. de Excusat. Tit. L. ult. C. de testam. conf. Huber. Digress. P. I. Lib. 3. c. 23. §. 1. confirmat (4) pro quovis literarum documento & specialius (5) pro chirographario contraactu Tit. J. de lit. oblig. hic vero præcipue (6) pro epistolis seu missivis, uti vocant, quas abfentium colloquia non incongrue cum Cravett. in repetit. rubr. de legat. I. n. 121. usurpantur, quoniam literæ præsentem faciunt aliquem, etiam si per mille absit millaria, Schröder. de feud. L. X. sect. 9. n. 80.

## §. VI.

Literæ alio nomine vocantur Epistolæ, quæ penes J. Cts Principum Rescriptorum nonnunquam exprimunt speciem §. 6. J. de J. N. G. & C. L. i. §. 1. de Conf. Princ. erantque vel formales quæ eadem forma scribebantur ad plures, vel formate, quæ propriis notis ac signis adhibitis concipiebantur vi Strauch. disp. de statut. a summo principe tb. 22. & Jure Can. ad hæreticos scribi non poterant sed solum privatæ Augsbr. Epist. 162. Meier. Not. ad Cod. Can. Eccles. n. niv. p. 175: quandoque libelli L. un. ff. de libellis dimiss. Cic. ad Att. L. ii. Ep. 1. accepi a te signatum libellum. Nuncii taciti, tâbulæ, tabellaæ, codicilli &c. nuncupantur.

## §. VII.

De materiali formalis effidente & finali literarum causa, ubertim differere possemus, si thema hoc permittere; Hinc solum de forma earum tam interna quam externa pauca proferre lubet; Quarum illa in eo consistit, ut nomen præ se ferat, ejus ad quem mittitur, habeat propositionem, conclusionem, diem & consulem, nomenque mittentis, Masi. de probationibus Vol. 2. conclus. 627. n. 50. Ruland. de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 14. n. 9. seqq. Ast quandoque citra diem & subscriptionem literas probare, vel saltim indicum facere, cap. seq. ostensuri; Hæc

¶ (9) ¶

in complicationē & sigilli appositione consistit, de ultimo  
Theodorus Happing. tract. de Sigillorum priserō & novo jure ade-  
undus.

§. VIII.

Vocibus nunc satis pertractatis, rebus nos accingi-  
mus: Cum vero Resignatio sit vel licita, qua jure optimo  
maximo, vel ad minimum permissivo nititur, vel illicita  
seu prohibita, de illa cap. 2. & denique de hac cap. 3.  
acturi.

§. IX.

Cum ex his, quid vocibus in rubro positis indicare  
voluerimus, satis clarescat, in re notissima definitione rea-  
li studio supercedimus.

CAP. II.

*De literis licite resignatis.*

§. I.

L iteras eum, cuius nomen præ se ferunt, seu ad quem  
directa, aut qui vices ejus gerit, licito resignare modo  
dubium non recipit: Nam huic ex inscriptione jus ad a-  
periendum quae situm esse, certum est, nomina enim sunt  
notæ rerum, a quarum usu, in rei vel personæ notitiam pro-  
vehi solemus, *Andr. Beyer de nom. prop. & appell. lem. 8. §. 1.*

§. II.

Cum vero plures ejusdem nominis esse possint,  
caute agit scribens, si prater cognomen etiam prænomen,  
vel aliam si adeo differentiam personæ epistola inscribat;  
Nomina quippe ad discernendos ab invicem singulos  
comparata *L. 10. C. de ingen. maxumitt. §. 29. de legat.* & a no-  
mine recte infertur ad personam arg. *L. 6. de R. V. Beyer.*  
*c. l. lem. 9. §. 1.*

§. III.

Ast quoniam nec hoc omnes resecat difficultates,  
cum non raro plures uno præ & cognomine utantur, quem-

B

admo-

admodum omnes illusterrimi Comites Rutenii ex pacto  
familia Henrici gaudent nomina, scripturientem officia,  
quibus fungitur, aliudve infallibile criterium, quo a reli-  
quis distinctio appareat, adjungere oportet.

## §. IV.

Nam ni fecerit hoc, & Epistolam ex hoc in alienas  
incideret manus, sibi debebit imputare, quod cautius non  
processerit, quoniam ante literarum aperturam, ignoran-  
tia plerumque est invincibilis utrum ad me utrum ad aliu-  
num perscripta. Errans itaque & ignorans literas alienas  
resignando a culpa liberatur, conf. Nicol. de Paff. de script.  
priv. L.3. qu. 2. n. 4. & 5. ab ulteriore autem lectione tunc  
abstinere; & iterum eas ob-signatas illi transmittere debe-  
mus, ad quem directe, cum contenta vel subscriptio eas  
ad nos non pertinere, indicium faciant, nostra enim quod  
non refert perscrutari, alteriusque arcana rimari curiosius  
injuriosum conf. Molina de J. & J. Tom. V. tr. 4. c. 35. n. 1.

## §. V.

Cæterum si literæ ad officialem alicujus loci direc-  
tæ, v. g. ad officialem Cameracensem, ubi plures ejusdem  
characteris sunt officiales, principali eorum jus resignandi  
esse sub intelligi rationis est, Gloss. in Clement. et si principi-  
palis de Rescript. Christianæ Vol. I. D. 59. n. 11.

## §. VI.

Jure belli & quandocunque securitas & publica  
necessitas id exigit, Principem licite alienas aperire literas,  
summa nititur ratione: Nam ita sepe hostium arcana,  
subditorum, aliorumque deteguntur, machinationes,  
consilia securius celantur, & per pronam consequentiam  
omnibus ita occurri potest, ut tela previsa minus noceant;  
Quem in finem literarum apertura his casibus certis de-  
mandari solet Ministris, qui deinceps si nihil perniciosum  
deprehendunt in illis, sigillo iterum claudunt publico;  
Secreta tamen alia quæ statum non concernunt publicum  
celare tenentur, & ideo juramento constringi possunt;

Imo

Imo cum certo sciant in aliquibus literis nihil contineri,  
quod reip. detimento esse possit, cernuntve alicujus per-  
clitari famam, si, ulterius legendo pergant, ab ulteriore  
desistant lectione, quoniam legere eas literas non solum  
est licitum, quantum satis ut bono prospiciatur publico.  
*Molin. Tom. V. tr. 4. disp. 95. n. 4. 55.* Quod si vero cri-  
mina in epistolis detegantur, ea pro renata omnino de-  
ferre tenentur, ne delicta maneat impunita.

## §. VII.

Imo bello seviente, quemadmodum quilibet subdi-  
torum vi præstiti homagi, ita multo magis Vasallus & Va-  
sallagii, cui illud in locis, ubi Landsassius viget, ulterius  
innexum, hostium literas intercypere, & aperire, domino-  
que contenta manifestare debet; Quodsi occasione data  
omiserint, subditi arbitrarie coercentur. Vasalli vero ob  
Feloniam admissam, feudo excludunt: *Decian. tr. Crimin.*  
*L. 7. c. 13. n. 21.* post Decium *Vol. i. Conf. 604.* quod tamen  
citra dolum vix admittimus. Cæterum consultius esse  
putamus, literas ad hoc obfignat Dominus tradere, ne  
forsan arcana status bellici privatis innotescant, quæ celar-  
ri publico maxime interfit.

## §. VIII.

Nec minus Magistratu*m* in delictis qua scriptura  
modo saltim aliquo probari possunt, qualia sunt lœsa Ma-  
jestatis divinae & humanae crimen, falsum, repetundarum  
& similia, delinquentium literas & scripturas aperire &  
pervertigare concessum, quo sapientia veritati præfertur,  
quem in fine cautelam ipsi commandant, ut sine  
mora capto reo, ejus vestes perscrutetur, ades & scrinia  
obfigner, testatoque omnia diligenter investiget literis e-  
nim complices criminis non raro deteguntur, sed & illis  
egregie juvatur Inquisitio. Nec huius asserto *L. 7. C. de te-  
sib[us] & L. 2. §. 2. ff. de jure fisci & Clemenc. un de usuriis oppo-*  
ni potest, eo quod nimis grave videatur e domo rei ad  
probandum fisci intentionem probationes sumi, *Bossius*

*pract. crim, tit. de exam. rerum n. 9. nam præter hoc quod  
legum auxilio sit indignus, in quas ipse deliquit, tam do-  
mestica quam literarum & instrumentorum perscrutatio,  
non irrationabili invaluit consuetudine v. Brunn. process.  
inquisit. c. §. m. 2. n. 7. usque 16. de perscrutatione vero do-  
mestica Job. Christ. Liphold. adeundas.*

## §. IX.

Principie vero caveat Judex ne literas secreto mit-  
tere vel accipere, antequam eas aperuerit, captivis per-  
mittat, cum sepius per illas tam e carcere quam alias elab-  
bendi subministratur causa, Hinc Preußn. revidirtes Land-  
recht. Lib. 6. tit. 1. Art. 6. §. 11. prudentissime disponit, Je-  
doch sollen die Ober- und Unterrichter jedes Orths, auch alle  
diejenigen, so die Gefangené in ihrer Verwahrung und Be-  
schi haben, mit allen Ernst und Fleiß darob halten, daß sie  
niemand von der Freundschaft oder jemand anders zu den-  
jenigen Gefangenen, welche in Leib und Leben eingelegt seyn,  
ab oder zu gehen lassen, solchen Gefangenen auch einige Briefe  
von sich schreiben, oder von andern zu empfangen nicht  
verstatten; es wäre denn solches mit Zulass der Amtleute  
oder Richter geschehen, auch die Briefe zuvor gelesen, und  
daraus besfunden, daß keine practique des Entkommens, oder  
wie die begangene Mishandeling mit der Unwahrheit zu be-  
schönigen darunter verborgen: Imo omittentes hoc, secun-  
dum Judicis puniuntur arbitrium, uti pergit ius provin-  
ciale: Da aber hierüber mit Wissen unserer Amtleute,  
Richter oder anderer Befehlhaber und befelter Thürhüter  
deroselben zuthun oder Verwahlosung, solche Mischäfitigen  
aufbrechen, und entkommen würden, so sollen sie in unsere  
Strafe und Ungnade fallen, daneben dasjenige so der ent-  
kommene Bürger zu bezahlen schuldig an seiner Statt un-  
nachlässig bezahlen, und darzu nach Gelegenheit, der hernach  
bestimmten Pöden zu gewarten haben.

## §. X.

Quanquam vero delicta per scripturam probari  
non

non posse, autument nonnulli, v. *Farinac.* qu. 84. *Clarus lib. 5. §. f. qu. 54.* attamen his non modo clarissimos Juris tertius *L. f. C. de probat. L. 22. ad L. Cornel. de falsis;* sed & rationem quod ex literis luce meridiana clariores probations desimi possint, nec non auctoritatem praxi roboretur, *Anon. Matth. de Crimin. Tit. 15. c. 5. Carpz. P. 1. qu. 37.* n. 2. *Daniel Claffen ad Nemesin Carol. Art. 62. & 129.* opponimus. Non autem litera probant aliter, quam si fuerint recognita cum alias de scribentis intentione, & quod ipsius manu certo fuerint exaratae constare nequeat. *Modest. P. sior. Vol. 1. Conf. 27. n. 70.*

## §. XI.

Recognitionem autem detrectante reo, confrontationis loco, num literarum comparationi locus relinquendus videndum. Sunt qui negant cum ea fallax & fragile indicium periculosaque probatio sit, *Carpz. P. 1. C. 17. D. 12. n. 4. Ant. Faber Cod. Sabaud. L. 4. t. 14. d. 71.* Cum non modo pluribus eadem scribenda ratio esse communis, ad minimum literarum similitudo facile possit inducere errorem, *Menoch. Conf. 267. n. 19.* sed & fuerint qui alienas ita imitati, ut nec ab ipsis, quorum ductus mentiti, discrimen reprehendi potuerit, ut exempla penes *Mafard. de prob. Vol. 1. Concl. 330. n. 3. Consil. Argent. Vol. Novo conf. 138. Menoch. de A. J. Qua casu 114. n. 15.* loquuntur nadum quod in criminalibus sole meridiano clariores requirantur probations: Nos vero in affirmativam imus sententiam, quando aliis adminiculatur indicii, potestque judex reum vel adscribendum adigere, vel alio modo scripturam rei indubitatam explorare, cui comparatio facienda, tutius inniti posse; per testes quoque ad rei scriptoria peritos recognitione facienda, de qua fuisse *Kayser Proc. Inquisit. c. 6. §. 17.* & omnino de literarum comparatione *Tr. Job. Laurent. zu Brodt.* Prudentis ramen Judicis relinquitur arbitrio, an literae tali modo recognita, aut alias plenam probationem, an vero indicium saltim ad torturam vel corporalem vel spiritualem faciant.

Vi juris proprii & officii ad explorandos mores, vi-  
te rationem noscendam & praeavenda delicta, prælatū,  
(quibus non raro statutum expresse hoc injungit, *Molin.*  
*Tom. V. tr. 4. D. 36. n. 4.*) Parentes, Patresfamilias, Præce-  
ptores, mariti, &c. religiosorum, liberorum discipulorum,  
uxorum, &c. literas refignant licite, *Engell. Coll. Jur. Can.*  
*L. 5. t. 20. n. 12.* Dum enim jure utuntur suo, nemini fa-  
ciunt injuriam, *Nicol. de Passerib. de script. privat. L. 3. quæst.*  
*2. n. 22. & 23.* quid vero juris circa literas amatorias, amo-  
rito resignatas *Petr. Muller. disp. de literis amat. th. 29. seq.*  
*traßayit*

Nec mintis ille, qui præsumto mittentis, vel ejus ad  
quem mittuntur, aut probabili saltim nütztur ratione alia,  
literas aliquo ad se pertinere modo, impune resignat. *Molin.* & *Engel.* c. I. quam in rem accurate responderunt, *Dni*  
*Jcti Jenens. apud Lynker Dec. 1283.*

Magistris cursus publici denen Postmeistr. quando  
literarum involucra resignare permisum Potent. Regis  
Borussia Neu-Post-Ordnung, c. I. §. 4. & 6. nobis sequen-  
tibus insinuat: Solte ein Kaufmann oder privatus zum  
Machtheit des Post-Regals, andere Briefe an sich ziehen,  
und dieselben ingefant, unter ein Couvert versenden, sind  
die Postmeistr. bei Anmerkung einer solchen defraudation  
vergleichen verdächtige paquete, insbesonderheit wann die  
Wahrung vorhergegangen, zu öffnen, die darinn befindliche  
Briefe einzeln zu encartieren, und gehörlich zu taxiren.

Casu denique qui literas aperuit, modo ab ulterio-  
ri lectione obstineat, simul ac illas ad se non pertinere com-  
pertum habeat, iterumque signatas fraudis & suspicionis  
vitrandæ causa, vero reddat domino, impunis est; Dol-  
o enim carere videtur, qui alienas non perlegit literas *Me-*  
*nach.*

noch. de A. J. Q. L. 2. Cent. 6. C. 538. n. 6. & casus obesse non potest, nisi culpa vel dolus casum praecesserit. *Srruv.* *Jurispr.* L. 3. t. 3. a. 23. add. *Vivium* L. 1. Dec. 62. in f. Postarum Magistri vel alius officialis circa literas, casu resignatas, officium, jam allegata Ordinatio his iuculcat cap. 8. §. 5. Da sichs dann und wann zuträget, daß Briefe oder kleine paquete, insonderheit wenn die Aufgeber sie nicht gebührend besiegelt, oder das Lack nicht gut gewesen, durch Schütteln in Felleisen, oder auch in Auspacken, auffspringen oder entseigelt werden, als soll der Postbediente der solches erst bemerket, denn solchergeßtalt offengehenden Brief oder kleines paquet also fort in gegennart, derer in der Post-Stube verhandelten Personen, mit den Post-Siegel wieder versiegeln, auch das solches geschehen, auch die Ursache warum, auf den Couvert eigenhändig notiren, keine weiges aber solche zu lesen, durch curiosität, oder andern motiven sich verleiten lassen, und daß dieses alles von ihm observiret worden, muß er benötigten Fals, mit einen Eide bekräftigen können, His non observatis pœnam incurrit arbitriam.

## §. XVI.

Literarum licite resignatarum effectus tam primos quam ortos fuisse hic persequi supersedemus, cum laborem hunc *Nicol. de Passibus tr. de scriptura privata* L. 3. quæfl. 5. & pluribus sequent. & præcipue illarum que enunciatiis concepte fuerunt verbis, peculiari de enunciatiis verbis tr. add. *Mascard. Vol. II. Concl. 627. Tholof. 9, 21, 4. Lynk. R. 169. n. 27.* egregie jam præoccupaverit, & præterea ab instituto alienius videatur. Hinc effectus Resignationem proprius tangentes sub obrusam vocare placet; Precedunt autem resignationem, aut eam subsequuntur: illi tribus potissimum casibus conspicui, (1) si literæ ad scribentem remittantur, (2) si contenta ante aperturam revocata, & (3) si scribens ante resignationem defunctus: Hi vel mitten-tem, vel eum ad quem missæ vel tertium concernunt, Singulos paulo curatius tractaturi.

## §. XVII.

Acceptationem literarum insequeas silentium, tacitum inducere consensum, obligationemque operari, in sequentibus ostensuri, ideo ad confessionem Adversarii extorquendam insignem commendant cautelam, ut per testes literæ, in quibus alter v. g. super debito interpellatur, transmittantur, quibus, si eas perlegerit, acceptans, illisque non contradixerit omnino obligatus *Cappella Cauteia 24.* Ita pater de Filii mutuo pecuniario certioratus, aut interpellatus literis, illis non contradicendo, debitum agnovisse & S. Sto Maced. renuncijsse censetur v. Lauterb. ad S. St. Maced. in D. Schacher. Colleg. Praet. d. t. & Job. Georg. Simon disp. de S. Cti Maced. cessatione. Hinc ad effectum hunc impediendum caute literas remittit in apertas, aut si forsan ex ignorantia eas aperuerit solenniter illis contradicit. Commodo hic queritur num epistolas ante resignationem comburere liceat? & respondemus, cum hoc absque indignatione inque alterius contumeliam vix fiat, injuria- rum actionem inde nasci existimamus.

## §. XVIII.

Ante resignationem, ad quem literæ directæ, revocatione, obligationis effectus fifti, ex Ripa in L. admonendi n. 155. in f. ff. de jurejurand. tradit Menoch. Conf. 296. n. 69. quod equidem illis concedimus casibus, quibus ante acceptationem & copulatum consensum pœnitere permisum sic donatio Literis facta, ante illarum aperturam potest revocari Nicol. de passeribus de scriptura privata L. 3. qu. 12. n. 5. Anton. Gomez Var. Refol. Tom. 2. c. 4. frustra dissentiente Claro §. donatio qu. 13. nec minus ob matrimoniorum libertatem, matrimonium epistola promissum, procuratore vel nuncio etiam inscio, singulariter revocare permisit Pontifex c. f. de procur. in 6. modo literæ nondum fuerint resignatae, & jam repromissio insequuta, quæ' quidem, subtrahita mentione, omni destituitur effectu. Insignis igitur se hic prodit cautela; ut quis promissionem in literis fa-

ctam

Etiam si ejus forsitan pœnitentia, coram Notario & testibus, confecto desuper Instrumento, antequam ad alterum proveniant, & aperiuntur, solemniter revocet, quo de contraria voluntate confitetur evidenter. E contrario revocationi locus esse nequit, quando citra acceptationem nascitur obligatio, quemadmodum debiti remissio *arg. L. 23. §. 53. de solut. & pzx causz donatio per literas facta, L. 23. §. 1. C. de SS. Eccles.* licet acceptatio accesserit nulla, subsistit. *vid. Berger, L. 2. R. 12. & Oecon. p. 275. §. 28.*

## §. XIX.

*Ex epistola non aliter obligationem acquiri, quam si vivo eo, qui illam exaravit, fuerit ab altero resignata, communis est opinio Mafcard. de probat. Vol. II. Concl. 627. n. 31. Menoch. de A. J. Q. L. 2. Cent. 1. Conf. 94. n. 19. quam Pontificis autoritate in c. 3. X. de success. ab intest. & rationibus, mittentem dici absentem alloqui, per epistolam, quod per mortuum fieri nequeat, qui præterea velle desit, & simulantaneum deficere consensum, nisi autem tantum: Astre penitus considerata nec textu nec fiscalibus ipsis robatur rationibus assertum ceu pluribus ostendit Moller. L. 4. febr. 44. Nisi jus ipsum requirat acceptationem, que mortuo scribente amplius fieri non potest, quemadmodum donatio non acceptata fidem facit juxta prejud. apud Carpz. L. 5. R. 62.*

## §. XX.

Litteræ, præsertim sigillo roboretur, contra scribentem probant, L. 25. de probat. Illuftr. Wildvogel, R. 218. n. 12. Klock. Tom. 2. Conf. 4. n. 125. & Conf. 6. num. 125. partim quod scriptura semper loqui videatur, & consequenter etiam in præsenti adversarii, modo ad ejus deveniat manus. Menoch. de A. J. Q. L. 2. Cent. 1. Conf. 94. n. 18. partim quod cum majore deliberatione & cautela soleamus rem scribere quam loqui. L. 26. depositi quæ vero requirantur ut vim probandi habeant Ruland. de Commiss. P. II. L. 5 c. 14. n. 9. seq. exponit. Sola epistola subscriptione vel sigilli appo-

C

firio-

sitione quatenus vis obligandi inducatur *Menoch. de Pra-*  
*sunt. L. 3. Pr. 66. & L. 2. Pr. 57. n. 32.* adeundus. Nec  
 probationi officit, licet dies & consul omissus, quoniam  
 haec solent in scripturis opponi, ut dignosci ex iis possit,  
 quodnam tempus prius vel posterius *L. scripturas C. qui*  
*pot. in pign. qua sane prioritas ipsi debitori nil tribuit *Mas-**  
**card. de prob. Vol. II. Concl. 627. n. 18.**

## §. XXI.

Ex his facile liquet, illi, ad quem literæ directæ,  
 obligationem & actionem ex illis acquiri, quod per singula Juris objecta facile demonstrare possemus, si scopo  
 proprius inserviret nostro, confer. interim *Nicol. de Passer.*  
*descript. priv. L. 3. qu. 5. seg. jam solum queritur an literæ*  
*probent pro scribente contra eum qui illas acceptit? licet*  
*autem regulariter pro scribente non probent L. 5. & L. 6.*  
*C. de probat. L. 26. ff. de donat. *Mastard. Vol. II. Concl. 975.**  
*n. 1. nec enim quisquam in causa propria testis esse potest*  
*viva voce L. 10. C. de test. ergo nec scriptura privata, Nov.*  
*73. c. 3. *Carpz. L. 3. Resp. 58. n. 1. sequent.* & qui tacet extra ju-*  
*dicium, pro annuente in prajudicium suum non habeatur*  
*L. 142. de R. J. juncta L. 8. S. 1. C. de procurat. L. 8. quib. mod.*  
*pign. solo.* Attamen acceptans, aperiens, & perlegens li-  
 teras, nec contentis contradicens, id quod in illis scri-  
 ptum approbare & confiteri videtur, *L. 18. mandati L. 9. in*  
*f. C. codem L. 5. C. de nuptiis Gail. 1. D. 21. n. 9. Cepolla Caut.*  
*24. n. 4. Klock. Tom. II. Cons. 4. n. 122.* Quippe literarum  
 acceptio tacitum involvit consensum, *Mynf. C. 4. D. 87.*  
*Schrader. P. IX. in parte Prince. S. 13. n. 107.* eo prater silentium  
 actus quidam accedit positivus, nempe literarum accep-  
 tatio *Dd. ad L. 142. de R. J. Brunn. ad L. 16. ad Sect. Maced.*  
*Menoch. de A. J. Q. L. 2. qu. 94. Natta I. Cens. 131. n. 4.* vide  
 omnino hanc in rem *Menoch. L. 3. Pr. 65.* quanquam ve-  
 ro tam acceptatio, quam lectio facta sit, & ideo ab allegante  
 probanda *arg. L. 21. ff. & 23. C. de prob.* tutoque proinde  
 testes adhibeantur; nihilominus tamen acceptatione  
 pro-

probatur, lectio literarum *Anchoran.* l. 1. col. 2. de procurat. & si tantum temporis effluxit spatiū, ut commode respondere possit, ( quod Judicis relinquitur arbitrio *Menoch.* de A. J. Q. II. qu. 21. in f. *Aliciat.* I. *Confsl.* 481. n. 6.) tacitus præsumitur Consensus, *Illustr. Lynk.* R. 47. n. 6. 22. seq. Quod si literæ sint generales & obscuræ, contra utentes explicari eis & ex illis agentes, exponi debent, *Goden.* *Confsl.* 46. n. 6. Cæterum si per absentes contrahatur, locus, non datarum, sed acceptarum & resignatarum literarum, contractus constituit forum, quoniam illo in loco contractus perfecte celebratus censetur, ubi utriusque partis conjungitur consensus, *L. 20. de Jud.* L. 3. §. 1. de reb. aut. *Judic.* L. 21. de O. & A. præjudicio rem confirmat *Berlich.* P. I. Dec. 37. idemque de delictis scriptura commissis dicendum *Id. P. II. Dec.* 181. quod hodie præbet usum, quando contrahens vel delinquens in foro contractus vel delicti reprehendatur *Struv.* *Jurispr.* L. 4. t. 5. a. 6. & 8. add. *Philipp.* ad Dec. Elef. 89. obf. 2. Caurelam, vi cuius contrahens vel delinquens Dingpflichtig zu machen, prodit Berg. *Oecon.* p. 931. n. 1.

## §. XXII.

Literæ alienis inscriptæ chartis cui cedant questionis est: pro chartæ domino facit §. 33. a. 34. J. de R. D. ubi literæ quantumvis aureæ, chartis membranis cedere, non absque ratione dicuntur, cum necesse sit, illi rem cedere rei, sine qua esse non potest. L. 23. §. 3. de R. V. sed proscriptente hic militat æquitas non minus lege ac ratione suffulta, L. 3. §. pen. & L. pen. ad exhibend. cum restituat chartæ pretio illius hodie parum interesse possit amplius, cui sententia eo magis hic adjicimus calculum, quo dispositio §. 33. cit. leg. ad ea solum videtur respicere, quæ chartis ad hoc inscripta, ut publici fierent juris, securus vero si res privata notitia (ut in epistolis fieri consuevit) aut commentarios alienæ mandamus chartæ, circa quem casum d. l. 3. §. pen. & L. pen. ad exhib. disponit *Lynk.* ad §. 34. de R. D.

C 2

ad

ad quæ tutius Judicis adstringitur arbitrium. Huber. *Præl.*  
*ad f. de R. D. n. 42. Hopp. ad §. 33. d. t.* quam si hodie indi-  
 stinctæ chartam, picturæ ad instar §. 34. *de R. D.* scripture  
 cedere, cum Dd. communiter opinemur *Vinn.* *ad §. 23. d.*  
*t. Berg. Oecon. p. 240. §. 16.*

## §. XXIII.

Contingit quandoque ut amici de aliis nonnum-  
 quam injuriose prescripta effulant, quo fieri solet, ut in-  
 juriarum convenientur a tertio, ubi queritur num aucto-  
 rem nominando se possint liberare? quod recte negant  
*Salycet. ad L. i. C. de injur. Berlich. l. 5. concl. 65. n. 51. Carpz. p.*  
*4. C. 42. D. 5.* juxta tritum in *Criminalibus Wehrmann*  
 hilft nicht, utrum vero, ad actoris instantiam, amicum in-  
 juria auctorem nominare teneatur dubium videtur, nobis  
 negativa placet, cum nec lex nec publica hoc jubeat utili-  
 tas, & injuriarum actiones sint potius restringenda quam  
 extendenda, sufficiatque propalatorem puniri, secundum  
 quæ ap. *Brunnem. Cent. 1. D. 74.* pronunciatum: quod si  
 vero nihilominus hoc feceritille cui Epistolium missum,  
 tertio adversus scribentem dari actionem non dubitandum,  
 nisi scribens juvetur exceptionibus v. g. si relative  
 & cum indignatione injurias protulerit i. e. es ist unver-  
 antwortlich und eine Schande daß man Mærium althier  
 eines Diebstahls beschuldigen wolte, uti respond. *Jcti Jenenses* ap. *Lynck. D. 226. vid. *Cothmann. L. 3. R. 51. n. 8.* de in-  
 juria impersonaliter prolativa vid. *Mev. P. VII. Dec. 112. &*  
*113.* Non autem inquisitio vel injuriarum actio adver-  
 sus scribentem datur, cum duo hæc concurrunt, (i) quod  
 quis scriptit amico, cuius scire intererat, maxime vero si  
 ad publicam rem notificatio spectat, deinde si probabili  
 aliqua ratione ita fiat, velut vel per conscientia aliquem  
 stimulum, vel officii necessitate, vel ex charitatis studio,  
 vel ex alia quodam causa non improba, cum hæc a pre-  
 sumptione animi injuriandi liberent, ut tradit *Mev. P. 5.*  
*D. 219.* quemsecutus laudati Dni, *Jcti Jenenses* teste  
*Lynck.**

*Lynck. D. 1026.* Si vero is ad quem literæ directæ, nil pro-palaverit, nihilominus tamen tertio perscripta innocentia, num ad editionem literarum hoc casu potest adigi? Et affirmamus modo interesse petentis doceri possit, *Mev. P. 5. D. 203.* ipsæque relevant.

§. XXIV. *Leleg.*

Si tertius literas in quibus injuria fuit affectus, sit naetus & injurias persequitur vindicatione, dum emergunt dubia, (1) num titulum possessionis edere teneatur? & (2) num illi cui familiares surreptæ, detur actio? Ad illud respondemus: licet ante responsonem & recognitionem, ille titulum teneatur edere, qui in chirographo nominatus non est, *Umm. ad Proc. Dispu. IX. n. 3.* attamen hic securus, quando affectus injuria in literis expresse nominatus, vel ita vivis depictus coloribus, ut facile quis intelligatur deprehendi possit: Ad hoc vero si dolosa probari possit ablatio, injurarum & ad id quod interest, dari actionem dubium non refidet; hoc vero si doceri nequeat, actionem potius interpretamur ut absit delictum *E. 51. pro socio L. 4. §. 12. de vi bon. rapt. Natta Conf. 149. p. 11.* ceu fusius illustr. Dec. 1229. *Lyncker.*

## C A P. III.

*Literis illicite resignatis.*

## §. I.

**I**llicite alienas aperiunt, qui predicto modo, liciti vel honesti non nituntur jure; Hinc grave scelus, humana turba societatem, auctoritatem non raro publicam salutemque labefactans, utroque detestatum & vindicatum jure, alterius resignans literas committit *L. 2. s. 1. ad L. Corn. de fals. L. 14. §. 17. de furt. c. 3. X. de Crim. falsi, c. 33. X. de offic. & pot. judic. deleg. & Cicero Philipp. 2.* Humanitas

nitatis omnis expers pronunciat, quod litera ipsius resignata, palamque omnibus lecta fuerint.

*littera littera*

*littera littera*

Quo igitur constet accuratius, quodnam resignatione committatur crimen, & quibusnam delinquens subjaceat poenis, regulae loco ponimus: Alienas aperientem literas aut falsum, aut stellionatum committere. Falsum est quando (1) dolo malo, (2) in alterius præjudicium, (3) Lege Cornelia factum specialiter notante (4) veritas imitatur, vel potius immutatur vid. *Lauterb. ad L. Cornel. de Falsis, Dannhaud. prax. Crim. cap. 112. n. 10.* Quod si nunc legis deficitat notatio specialis, delictum pro stellionatu aut quasi falso adhuc hodie reputatur. *Stryck. Ius. Mod. dt. tit. §. 1.* nec enim generalem legis notationem cum *Carpi. P. 2. qu. qu. 93. n. 40.* sufficere existimamus, cum alias nullum daretur stellionatus crimen, quod quidem etiam ex falsitate nascitur *L. 3. §. 1. de Stell. Lynch. Anal. ad ff. L. 48. tit. 10. tb. 69.* Licet autem alicuius testamenti resignationem *L. 1. §. 5. & L. 2. ad Leg. Corn. de falso* solum notaverit; Nihilominus tamen argumento a paritatis ratione ducto ad resignationem epistolarum hoc extendunt. *Dd. communiter, Jul. Clar. L. 5. sentent. §. falso* n. 26, quibus & nos ad stipulam supra positis requisitis concurrentibus.

### §. III.

Quamquam vero in liberis hominibus, deportatio omniumque bonorum confiscatio, in servis autem ultimum supplicium, criminis falsi poena determinata, *L. 1. §. f. ad L. Corn. de falso*, videatur; attamen eam olim quoque arbitriarum fuisse *L. 27. §. f. d. t.* evincit, quod hodie ob *Art. 112. & seq. Nemej. Carol.* prorsus caret dubio, *Stryck. c. 1. §. 3* nec minus extraordinem, pro circumstantiarum ratione, stellionem coeretur judex *L. 3. §. 2. de Stellion. Carpi. P. 3. queff. 133. n. 2.* unde sponte fluit regula: Alienarum literarum improbe facta resignation, poena coeretur arbitria. Cum vero haec pro re nata modo gravior, modo remissior,

missior, ita ut ad ultimum usque extendi possit supplicium, si aliquo saltim casu mortis pena in LL. reperitur statuta, *Lynck. Anal. ad §. 7. Inst. de publicis Judic. & ad ff. de extraord. Crim. th. 74.* quod etiam in falsi criminis factum videmus L. 22. C. de falsis. Ita falsarium capitinis supplicio affectum sistit *Blumacher. ad Art. 112. Ord. Crim.* Ut clariora haec reddantur exemplis & præjudiciis dicta confirmatur.

## §. IV.

Antequam vero hoc fiat, alia Resignationem comitare & subsequi posse crimina, præmonendum ducimus v. g. Crimen laxe Majestatis, furti, Legis Aquilie, injuriarum & Feloniæ, de quibus sequentia fidem facient.

## §. V.

Gravius delinqueret illos, qui Principis aut Magistratus, quam qui privatorum resignant literas, facile constat, cum ibi solus & auctoritas publica, paxque Reip. hic vero privata saltim persona, publico licet quandoque criminis violetur v. *Lynck. D. 1283.* Ideoque illo casu gravior, & hoc remissior, pro circumstantiarum varietate dicari solet poena.

## §. VI.

Quando quis alienas solum aperuit, sed pœnitentia ductus eas non legit, vel si legit quidem, nemini vero ostendit aut contenta prodit, crimen falsi non committit, sed solum stellionatus *Wurmser L. 1. T. 48. O. 25. n. 2.* & ex eo *Rittershusius Parr. feud. L. 2. c. 5. qu. 24.* quod non modo circa privatorum ut putant *Nicol. de Passer. de scriptr. Priv. L. 3. quæst. 2. n. 3. & 6. Farinac. de falsitar. & Simul qu. 150. n. 125.* in fine, & n. 129. Sed & Principis & Magistratus obtinet literas ceu patet ex allegatis ex *Volckmann. Prax. Crim. P. 3. Conf. 54. n. 3.* cum criminis falsi requisita hic non reprehendantur; Hinc iudex habita circumstantiarum non proletaria ratione, pœnam infliget, ubi posteriori casu, &

Si literæ sunt lectæ pœnam aggravari non imus inficias.  
Jure Can. cum quis Magistratus relationem , quam ad se  
pertinere seit ad Principem tendens aperit, licet falsam  
deprehenderit eam, causa cadit, ipsique ulterior denega-  
tur audiencia. c. 23. de offic. & potest. Jud. deleg. Mengch. de A.  
J. Q. Cas. 538. n. 3. qui putat Clericum simul deponendum  
esse quem sequitur Nicol. de Paffer. c. l. n. 43. Ast cum  
Clericus hic non aliter deponatur ac si falli commiserit cri-  
men c. 3. X. de Crimine falso tale vero hoc casu non committa-  
tur, Farinas. c. l. n. 18. & 127. non immerito dissentimus.  
Par i ratione si literæ fuerint resignatae, in quibus nihil scri-  
ptum vel parum vel exigui momenti, ob quod aliquid de-  
trimenti vel injuriarum aliquis pati possit, nulla resignan-  
tem afficiendum pœna, sunt qui existimant, quos recentef  
Nicol. de Paffer. c. l. n. 11. Ast cum Apertura semper sit res  
mali exempli, delinquentis intentio in actum eruperit ex-  
ternum, licet finem non potuerit censequi, & denique fi-  
gilli remotio in alterius injuriam non posset non fieri, sive  
illi præjudicium inferatur five non, hinc rectius obstellatio-  
natum, judicis ex arbitrio infligendam existimamus pœ-  
nam de Paffer. c. l. n. 14. Farinacius c. l. n. 134. in fin. cor. & nov.

## §. VII.

Falsi pœnam ad mortem extendi posse supra vidi-  
maus, & hanc in resignantem quoque cadere posse jam o-  
fensuri; Si quis igitur Principis summi literas, in quibus  
de re gravi ipsiusmet Principis vel Reip. agatur, unde  
pernicies metuenda, dolo aperuerit, tunc ob revelata se-  
creta, per quæ leſæ Majestatis crimen committitur, capite  
plectendus. Mengch. de A. J. Q. Cas. 538. n. 2. Nicol. de Paffer.  
c. l. n. 40. Nec minus morte afficiendum existimamus  
qui literas gratia, den Pardon , latas dolose remorantem,  
ut delinquentes, interim vita priventur, quemadmodum  
falsum proferens testimonium, ex quo alter capitellus damna-  
tus fuit, mortis subire debet pœnam, L. 1. §. 1. ad L. Cornel.  
de Sicaritis : Sed & hoc prudentis relinquimus arbitrio Ju-  
dicis,

dicis. Feudorum Jure, Vasallus domini secreta pandens; dicitur credentiam revelare i. F. 14. ob quod Feloniam committit, & feudo excidit, d. t. hoc illi quoque applicant, qui Domini literas aperuit, Rittershus. Parit. feud. L. 2. c. 5. qu. 24. Ex benigniori tamen sententia conjunctim requirent (1) ut Vasallus animo, sive honoris sive corporis, sive bonorum ratione damno afficiendi, secreta revelaverit domini, (2) ut scienter & dolo malo hoc fecerit, a quo eum, ut & reliquos, causa etiam fatua excusat Nicol. de Pass. de script. priv. L. 3. qu. 2. n. 62. sequ. & perquam eleganter Dn. Preses peculiari Diff. de causa fatua &c (3) ut damnum inde vere sit secutum: de quo ulterius Rosenthal de feudis Cap. X. Concl. 30. n. 5. potest consuli.

## §. VIII.

Electoris vel status alicujus epistolam dolo appetiens, plectitur arbitrarie, & si Vasalkus sit, positis requisiatis, Feudum ex capite Felonia aperitur domino, sic illi, qui Elect. Sax. literas resignavit, & contenta earum legit, fustigationis poenam, aut saltim venditionem bonorum cum migratione ex territorio reperimus dictatam apud Coler. P. I. D. 179. n. 15. & Nobili cuidam qui Rescriptum Electoris resignavit 100. thalerorum, alii vero carceris ad 14. dies, vel 5. sexagenaram novaram poenam indixerunt JCti penes Carpz. Pr. Cr. P. II. qu. 93. n. 70. seq. Imo rusticum ex malitia tabellario literas Nobilis, ad alium nobilem deferendas eripientem & resignanti, relegatione vel gravi pecuniaria censuerunt afficiendum JCti Jenenses Mens. Decembr. 1607. referente Bechmanno Comm. adff. ad L. Cornel. de falsis n. 92. Circumstantiae autem & hic aggravant poenam ita, ut si litera rursus confignatæ, aut figillum violatum, fustigatio vel relegatio decernenda, Tholos. Syntag. L. 47. c. 40. n. 29. Bechmann. c. l. n. 78.

## §. IX.

Perferendas ad alium abiciens literas, modo fal-

D

sum,

sum, modo stellionatum committit, & proinde modo mi-  
tius modo gravius punitur; Ita privati cujisdam episto-  
lam ex pigritia, viæque conficienda tædio abjiciens, extra-  
ordinaria falsi seu stellionatus afficitur poena, ut ex *Thomin-*  
*gii Dec. 34. refert. Nicol. de Paffer. L. 3. qu. 2. n. 34.* Elec-  
toris vero vel Principis abjiciens, aut condens, in quibus de  
re gravioris momenti tractatur, capite vel ad minimum,  
fusigatio punitur; Egregie dicta illustrat *Conf. 54. a-*  
*pud Volckmann. Prax. Crim. P. III.*

## §. X.

Privati resignationis crimen varie prosequuntur, vel  
denunciando, vel agendo, hocque vel civiliter vel crimi-  
naliter; Ita ob epistolam resignatam celatam datur a-  
etio injuriaram, *Wesenbec. ad ff. de injuriis n. 7. in f. Berlich.*  
*P. 5. Concl. 59. n. 93.* quæ civiliter vel criminaliter potest in-  
tentari, *Struv. Jurispr. L. 3. tit. 23. apb. II.*

## §. XI.

Cum etiam alicujus maxime possit interesse, ne lit-  
teræ præterea retardentur, v. g. si cambium insimul mit-  
tatur, quo alter pecuniam, ad debitum statu solvendam  
tempore, nanciscatur, ne damnum incurrat; Hinc si ob  
aperturam remoren-  
tur, & quis per hoc damno afficiatur,  
actioni ad id quod interest locum relinqui, nemo est qui  
dubitav. *Farinac. c. l. n. 124.*

## §. XII.

Porro Epistolis una furto subtractis, præter reivin-  
dicationem adhuc duas se produnt actiones, nempe furti  
& conditio furtiva: illa datur omnibus quorum inter-  
est non subreptas esse literas, licet domini earum non  
sint §. 13. de obligat. que ex delict. nasc. hæc vero non nisi li-  
terarum domino, *L. 1. & 11. de condit. furt.* quis vero earum  
habeatur Dominus præclare *L. 14. §. 17. de furtis se-*  
*quen-*

quentibus insinuat: Si Epistola quam ego tibi misi, intercepta sit; quis furti habeat actionem? Et primum querendum est cuius sit Epistola: Utrum ejus qui misit, an ejus ad quem misita est? & si quidem dedi servo ejus, statim ipsi quaesita est cui misi. Si vero procuratori, & que, quia per liberam personam possessio queri potest ipsius facta est: Maxime si ejus interfuit eam habere. Quod si ita misi epistolam, ut mihi remittatur, dominium meum manet, quia ejus nolui amittere vel transferre dominium. Quis ergo furti ager? is cuius interfuit eam non subripi: id est, ad cuius utilitatem pertinebant ea, qua scripta sunt. Et ideo queri potest, an etiam is cui data est perforanda, furti agere possit? Et si custodia ejus ad eum pertineat, potest: sed & si interfuit ejus epistolam reddere, furti habebit actionem, finge eam epistolam fuisse, qua continebat, ut ei quid redderetur fieret, potest habere furti actionem, vel si custodiā ejus rei recepit, vel mercedem perforandā accepit. Et erit in hunc casum similis causa ejus, & cauponis, aut magistri navis, nam his damus furti actionem, si sint solvendo: quoniam periculum rerum adeos pertinet.

## §. XIII.

Præterea quando alterius epistola, sive lectæ, sive minime ab aliquo lacerata, scissæ, combusæ fuerint, Actioni legis Aquilæ locus est: Si quid enim ultum aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex tertio illo capite constituitur §. 13. de lege Aqu. Plures casis quando falsi & quando stellionatus resignans teneatur, concesserunt Nicol. de Paffer. L. 3. qu. 2. Farinac. de Falsit. qu. 150. P. 4. & Menoch. de A. I. Q. Cas. 538. ad quos B. L. brevitatí studentes remittimus,

38 (28) 5

§. XIV.

Ad familia nunc properamus ex quibus statim se  
sistit testamenti alieni apertura, de qua L. i. §. 5 & L. 2.  
ad L. Cornel. de falso disponit, is qui aperuerit vivi testa-  
mentum legis Corneliae pena tenetur, quod tamen al-  
terius decipiendi causa fieri debet, hinc qui testamen-  
tum ipso jure nullum aperit, aut celat, fallum non com-  
mittit v. L. 38. §. 6. de penis.

§. XV.

Circa judicem hic queritur, num ipsi acta, uti di-  
cunt, inrotulata, nec non sententiam J Ctorum liceat a-  
periere? qua primum respondemus, Judicem invitis par-  
tibus vel ignorantibus non posse resignare, cum per ci-  
tationem infecutamque inrotulationem & ob-signatio-  
nem, non modo jus quae situm partibus sed & tunc con-  
tra judicem militat suspicio, ipsum aliquid aut removisse  
aut corrupisse, Adversus hoc igitur si peccatum, acta,  
priusquam transmittantur, denuo inrotulari oportere Coll.  
Facult. Witteberg, pronunciavit, teste Illustri Bergero. Sup-  
plem. ad E. D F. P. I. T. 34. p. 320. Circa quo sententiam inter  
criminalem & civilem, probe notandum discriminem, hac  
quando praecessit inrotulatio, sine fraudis suspicione,  
a solo non aperitur judge, cum partibus, utrum acta  
omnia integre, fideliter, nihil neque addito neque sub-  
straecto, ad Collegium transmissa sint, constare nequeat,  
confer. Schrad. de Fend. P. X. Scđt. 14. n. 31. seq. Quodsi  
tamen nihilominus adversus hac fecerit Judge, resigna-  
ta sententia nihilominus publicari, neque ideo impa-  
gnari poterit ut ex Carpz. P. 3. D. 243. notat. Berger. E. D.  
F. p. 892. & supplem. P. I. p. 322. Illa vel a Schriftfasio  
quodam, vel a Praefecto, denn Amtmann, petita: illo  
casu

casu sententiam prolubitu resignare potest Judex; Hoc vero fori usu Saxonici, sententia compacta consignataque univerſiſnet ad Cancellariam transmittenda, ex qua deinceps ad Praefectum, addito Rescripto, verhaltungs  
Befehl remitti solet Berger. E. D. F. p. 593.

## §. XVI.

Longe v. aliam Secretariorum aut Actuariorum esse rationem ostendit præallegatus Berger, *supplm. c. I.* his enim citra judicis iussum, sententias ante publicationem neque resignare, neque easdem quoquo modo introspicere multo minus tenorem earum alterutri parti, sub arbitria vel suspensionis ab officio pena communicare posse Insequens testatur responsum. Haben vor der Fürstl. Regierung eures Orths irep von Abel, Hans Christoph von Halbauer und Hans Heinrich von Wölf, und dieser letzter zwar in Vorwundshaft zweyer seiner außer Landes wohnhaften Curandinnen, einen proceſſ mit einander gehabt, darinnen die Urthel auff des von Wölf Seite jedesmahl gefallen; Als nun die Sache in die Oberläuterung gediehen und die Acta zu Einholung eines Urthels abbereit verſchicket gewesen, hat der von Wölf auff dem Fall, da er in solcher Oberleuterung nochmahls ein gut Urthel erlangen würde, euch versprochen, es bey seinen Curandinnen dahin zu bringen, daß ihr von ihnen eien recompens zuerwartet haben foltet. Darauff und als das Urthel mit demn Acten zurück kommen, habt ihr daß ſelbe, jedoch unverlebt einwenig von einander gebeuget, und ohngefehr diese Worte, daß es eingewandter / darinnen erblicket, und daraus leicht ſchließen können, daß es auf des von Wölf Seiten gut ſeyn müſſe, deſſen ihr auch hierauß demn von Wölf durch ein Schreiben verſichert, und daſſey der versprochenen discretion Erinnerung gethan; Es

hat sich aber bald hernach begeben, daß solches Schreiben in des von Halbauers Hände gerachten, welcher solches der gleich bey ihm durchpassirenden Fürstl. Landes-Obrigkeit vorgetragen, dasselbe hoch exaggerirt, und euch entweder einer correspondenz mit den Urthels-Fassern, oder einer Erbrechung des Urthels, oder einer, dem Gegenthil favorablen Einrichtung der Acten beschuldiget. Dieweil nun hierauf Ihr. Fürstl. euch darüber privatim zuvernehmen, und der Sachen Beschaffenheit zu erkundigen, Dero ersten Hoff-Nahm ambefohlen, habt ihr demselben alles, wie es sich obgedachter massen verhalte, im Vertrauen entdecket, und darbei, daß dadurch Niemand einziges Nachtheil oder Schaden zugefüget worden, vorgeschrifzt. Es hat aber ermeldeter Hoffraht nicht allein zur publication des Urthels, sondern auch zu Untersuchung der Halbauerischen inculpation, einen Termin anzusehn lassen, und in denselben mit Vorwendung eines gnädigsten special Be- sehfts, in Gegenwart aller Interessenten, und deren Advo- caten, euch die Suspension nicht allein angedeutet, sondern auch würtlich exequir, und euch aus der Audienz-Stube abtreten heissen, nach mehrern Inhalt eures Berichts. Wenn ihr nun gleich vorwendet, daß ihr aus keiner bösen Meynung, noch iemand zum Nachtheil, sondern bloß aus curiositat, ob euch die versprochene Discretion werden möchte, daß Urthel etwas aufzugebenget, auch bloß zu dem Ende, dem von Wölf, was er vor ein Urthel zu gewar- ten hätte, notisificiret, und die Acta so wohl, als das Ur- thel selbst bey der publication unverseht und allenthalben wohl verwahrt befunden worden, hierüber der von Hal- bauer nicht das geringste, dadurch ihr einer Partheiligkeit überführt werden könnet aus denen Actis darzurühm ver- mocht, allermassen die Fürstl. Regierung sub dato den 26. Nov. ihn mit seinen ungegründeten Vorgeben abgewiesen, zugeschweigen daß ihr euch in Fürstl. Diensten seit Anno 1655.

1655. dergestalt verhalten, daß euch Niemand einziger Untreue beschuldigen, vielweniger übersühren können, und dahero dergleichen harte Straffe und Beschimpfung nicht verdient zu haben vermeinet. Dennoch aber und dierweil ihr nicht in Abrede seyn könnet, daß ihr in heimischer Erfundigung, und Entdeckung des noch nicht publicirten Urthels einen Fehler begangen, und solcher bey den Gegenpart, dem von Halbauer, nicht ohne Ursache ungleiche Gedanken erwecket, derselbe auch dahero bewogen worden, solches bey dem Landes-Fürsten zu exaggeriren, und dieser die Untersuchung der Sachen anzubefehlen, und seinen ersten Hoff-Rath disfalls Commission zu ertheilen, gnugsame Ursache gehabt, ermeldter Hoff-Rath nachmahls, in dem das judicium dadurch leucht eine maculam contrahiren können, die Sache vor straffbar gehalten, und allen Argwohn aus den wege zu reumen, euch die suspension angekündigt, geßt denn in poenis arbitrii keine gewisse Maß noch Ziel vorgeschrieben ist, sondern befundenen Umständen nach, darinnen, so wohl schärfere, als gelindre Verordnungen eugehen können, und zu förderst auf das bonum publicum das Abssehen gerichtet werden müß. So erscheinet daraus so viel, daß ihr in eurer Beschwerung, als ob zu scharrf mit euch procediret worden, nicht begründet, vielweniger ermeldeten Hoff-Rath, indem er das directorium über euch hat, und euch in Amts-Sachen zu coerciren berechtiget, actione injuriarum zu belangen besugt. V. R. W.

## §. XVII.

Et hæc quidem pro temporis & instituti ratione de eo quod justum sit circa literas resignatas a me scripta sufficient, pluribus adhuc illustrari posse casibus & exemplis, nullus inficior, quoniam Materiæ dignitas  
spe-

¶ (32) ¶  
speciali tractatu, nedium dissertatione academica ex hauriri potuisset, ideo benevolum Lectorem rogo, ut pauca illa in auguralis speciminis loco propofita, benigna fronte adspiciat, bonique ac æqui consulat. Interim pedem hic figo, Deoque immortali pro benedictione & auxilio æternas decerto gatis, ac Dissertationi hiuc impono.

F I N E M.







00 A 6444



Sh.

10/18

R

WA





39.  
40

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
DE EO QVOD JVSTVM EST CIRCA  
**LITERAS RESIGNATAS**

Oder  
**Vom Recht aufgebrochener Brieffe**

Quam

DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DN. GVILIELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIE, JVLIACI, CLIVIE, AC MONTIVM, AN-  
GARIE, WESTPHALIEQUE, ET RELIQUA  
IN ALMA SALANA  
EX DECRETO ILLVSTRIS ORDINIS JVRIDICI  
PRÆSIDE

**JOANNE BERNHARDO Friesen,**  
HÆREDITARIO in Pösen / J. C. SERENISS. DVC. SAX.  
ISENAC. CONSILIARIO AVLICO ET CONSIST. ANTECES-  
SORE, FACVLTATIS JVRIDICÆ ET SCABINATVS,  
NEC NON CVRIÆ PROVINCIALIS  
ASSESSORE

*Patrono omni honoris cultu prosequendo*

**PRO LICENTIA**

SVMMOS IN VTROQUE JVRE CAPESSENDI HONORES  
ATOQUE PRIVILEGIA

publico auditorum examini submittrit

Die April. 1721.

**MELCHIOR CHRISTIAN OTHO,**  
QVEDLINBURGENSIS SAXO.

---

JENÆ, LITTERIS MULLERIANIS.